sanctã Annã vxorē Joachim. ꝛ sibi eadē q̄ viro annūciauerat patefecit
addēs vt ꝓ signo hierl'm ad aureã portã ꝑgeret ꝛ ibidē viro suo redeunti
obuiaret. Igit᷑ iuxta ãgeli p̄ceptū ãbo sibiīnuicē obuiãtes de mutua visio
ne letati ꝛ de ꝓle ꝓmissa securi. adorato dño domū redierūt diuinū ꝓmis
sum hilariter expectãtes. Anna igit᷑ ꝯcepit filiã ꝛ vocauit nomē eiꝰ Ma
riam. q̄ cū trium annoꝝ esset. ꝛ etiã ablactata fuisset a parētibꝫ in templū
dñi offerebat᷑. Fuit aūt ascensus ad tēplū ꝑ q̄ndecim gradus ꝛ ꝟgo glo/
riosa in vltimo ꝯstituta ꝑ oēs gradus ascendit nullo existēte duce ac si ꝑ/
fecte etatis fuisset. Itē nota. ꝙ olim in antiqua ecclesia natiuitas virgi
nis gl'ose latuit q̄ sic ē manifestata. Quidã vir sanctus sedule ꝯtēplatiōis
exñs sexto ydus septēbris magnã iocūditatē angeloꝝ audiuit. q̄ cū a do
mino peteret vt sibi reuelaret q̄re semel in omni anno hoc die tantam io/
cunditatē angelorum audiret. Responsum est sibi. ꝙ hodie gloriosa ꝟgo
nata est. Qui hanc reuelationem sanctis pontificibus ostendit. qui ieiu/
nijs et orationibus insistentes. ꝛ ex diuina reuelatione hunc diem in ho/
nore natiuitatis marie virginis celebrare statuerunt.

Pro terminis notandū. stirps est nomē fei gñis. ꝛ significat duo. vñꝰ
Hec stirps ꝓgenies. hic stirps in arbore trūcus. Itē regius a ũ est no/
men adiectiuū deriuatū a nomine rex. ꝛ sic ponitur hic. Sed regia aliquã
do ponitur substantiualiter. ꝛ est nomen feminini generis ꝛ significat pro
uinciam regis. Sed ostento est verbum frequentatiuum ab illo verbo
ostendo. Sed excello est verbum transitiuum tertie coniugationis ha/
bens excului in preterito perfecto. ꝛ est compositum ab illa prepositione ex.
et ab illo verbo inusitato scilicet cello

**Patris tui salomonis in te lucet sophia.**
**Et ezechie apud deū cor rectū. sed nunq̄ȝ in te corrūpendum**
**Patris iosye adimpleuit te religiositas.**
**Summi etiam patriarche te fides totam possedit patris tui.**

¶ Hic iam autor commendat beatam virginem specialiter ex glorio
sis parentibus dicens. O virgo maria (sophia) id est sapientia (patris
tui salomonis lucet) id est resplendet (in te. et rectum cor) id est prophetia
s᷑m aliquos (ezechie) que fuit (apud deum) lucet in te (sed) supple illud
cor rectum (nunq̄ȝ est corrumpendum) scilicet a rectitudine (in te. religio
sitas) id est deuota religio (patris iosye) scilicet lucens (adimpleuit te. et
fides summi patriarche) scilicet existētis (patris tui) scilicet abrahe (pos
sedit te totam) ¶ Item notandum. ꝙ isti reges et patriarche in litte/
ra recitati dicuntur patres beate virginis marie largo modo loquendi.
quia mos scripture est omnes ascendentes patres appellare. sicut auos
proauos ꝛc̄. vt patet in quinto decretaliū. Sed tamē beata virgo maria
commendatur ex istis dupliciter. Primo ex virtutum largitudine. quia
a principio creationis mundi ex illis deus eam elegit sanctis parentibus.
Secundo beata virgo maria commendatur ex morum similitudine. quia
omnes virtutes patrum in ipsa integraliter sunt collecte. Secundo no/

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-823/0171
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG